« Nec verum est, quo quis magis christiane contemplatur divinam pulchritudinem (sive per magis, intelligatur intensius, sive frequentius) eo praecise plus amare Deum ac proximos. Quoniam major amor, tam actualis, quam habitualis, non sequitur praecise aut comitatur contemplationem intensiorem vel frequentiorem. Majus enim augmentum capit caritas ex operibus caritatis sive elicitis sive imperatis, quam ex contemplatione. Unde fieri potest, ut quis mixtæ vitæ, officiis caritatis deditus, quamvis non assidue versatur in contemplatione, aut meditatione divinæ pulchritudinis, magis amet Deum et proximum, quam quis contemplativus speculationi solum intentus [1] ».

Dieu n'accorde pas toujours aux âmes parfaitement unies à Lui le don de la contemplation; parfois il le leur retire afin qu'elles s'appliquent aux travaux du zèle apostolique [2], et alors encore, elles restent unies à Lui. Saint Pierre Claver, dit la légende du Bréviaire, donnait plusieurs heures à la contemplation, mais alors qu'il cessait sa contemplation, il restait toujours uni à Dieu par l'exercice des vertus : *Semper cum eo virtutum exercitatione conjunctus.* C'est cette union qu'ambitionnaient avant tout nos Saints. Le B^x^ Pierre Le Fèvre écrivait : « Désormais il faudra rechercher avec plus d'ardeur et d'application les signes qui indiquent que j'aime, que ceux qui indiquent que je suis aimé. Ces signes seront les travaux pour Dieu et pour le prochain, selon cette parole de Jésus-Christ à Pierre : *M'aimes-tu plus que ceux-ci ? Pais mes brebis.* Travaille

---

[1] *Pro Theologia Mystica Clavis elucidarium onomasticon.* Coloniæ Agrippinæ, 1640, p. 11.

[2] De Ponte (L.). *Expositio moralis et mystica in Canticum Canticorum.* Col. Agrippinæ, 1622, T. II, p. 656 : *Cur quibusdam perfectis et pastoribus negetur contemplatio ad tempus.*

donc à être d'abord Pierre, avant d'être ensuite Jean, qui est plus aimé et en qui est la grâce. Jusqu'ici tu as voulu être d'abord Jean et ensuite Pierre (1). Jusqu'ici, le principal objet de mon anxiété était ces sentiments que l'on peut regarder comme un témoignage et un signe de l'amour de Dieu et des Saints pour nous.... Ce premier mode s'appelait attirer Dieu à nous; mais (l'autre) c'est nous attirer ou nous porter nous-mêmes à Dieu. Dans le premier, nous cherchons et souhaitons que Dieu se souvienne de nous et qu'il soit tout sollicitude pour nous; dans le second, nous cherchons à nous souvenir de lui et à être tout sollicitude pour toutes les choses qui lui plaisent ».

C'est donc dans les travaux pour Dieu principalement que nous devons faire consister notre union avec lui, et notre oraison sera surtout unitive lorsqu'elle nous aidera à atteindre ce but. Que n'avons-nous le loisir de montrer que ce fut là l'esprit non seulement des hommes apostoliques de la Compagnie, mais des Saints de tous les ordres de vie mixte, et aussi des Saints du clergé séculier. La grande union avec Dieu était pour eux le travail fatiguant pour Dieu; c'était là, disaient-ils, leur repos, leur paradis. Ecoutons saint Charles Borromée, qui avait si bien l'esprit des Exercices :

« Ne chercher aucun repos dans le service de Dieu est un continuel repos; Dieu seul est toute notre félicité, tout notre paradis; tous les travaux pénibles, tout ce que nous faisons pour son service est pour nous un repos, parce que dans ces labeurs nous jouissons de Dieu (2) ».

---

(1) *Mémorial,* p. 243 et p. 246.

(2) Voir Dis. VIII, *Alle Angeliche,* cité parmi les *Massime di S. Carlo Borromeo,* dans *Scuola Cattolica,* Luglio, 1910, p. 77.

Saint Vincent de Paul désirait sans doute que ses missionnaires fussent unis à Dieu affectivement; mais il voulait avant tout de l'union qui se fortifiât par le travail apostolique. « Aimons Dieu, Messieurs, disait-il un jour à ceux de sa Congrégation, aimons Dieu, mais que ce soit aux dépens de nos bras, mais que ce soit à la sueur de nos visages : car bien souvent tant d'actes d'amour de Dieu, de complaisance, de bienveillance, et autres semblables affections d'un cœur tendre, quoique très bonnes en elles-mêmes, sont néanmoins très suspectes, quand on n'en vient point à la pratique de l'amour effectif (1) ».

Cette leçon d'estime de la charité effective, Dieu l'a donnée à de nombreuses âmes que cependant il retenait dans l'état de vie contemplative. Voici ce que disait Notre-Seigneur à sainte Gertrude :

« Ainsi que ma divinité s'est reposée en mon humanité, la délectation de ma divinité se repose maintenant en ta lassitude. Voici deux points que je viens proposer à ta méditation : considère donc qu'il n'y a rien de plus utile à l'homme en cette vie que de se fatiguer en des travaux tels que ma divinité trouve son charme à s'y reposer, et ensuite d'aller jusqu'au prochain pour les œuvres de charité (2) ».

En montrant à la Bienheureuse Marguerite-Marie, son cœur entouré d'épines, surmonté d'une croix, et d'où s'échappe la flamme du zèle, Notre-Seigneur n'a-t-il pas voulu nous dire qu'un grand amour de Dieu ici-bas se trouve dans un amour apostolique qui accepte les peines et les travaux pour le salut des âmes ?

(1) (Collet.) *La Vie de S. Vincent de Paul,* Nancy, 1748, T. I, p. 126.

(2) P. Saudreau, O. P. *Le livre des divines Paroles,* Toulouse, 1883, T. I, p. 107.

L'esprit de saint Ignace, on le voit, est un esprit qui concorde avec les sentiments des autres Saints. C'est celui qui a régné dans toutes les âmes apostoliques. Tout en reconnaissant l'excellence des âmes qui chercheront principalement leur union avec Dieu dans la contemplation des perfections divines, il a demandé aux religieux de sa Compagnie de viser avant tout à s'unir à Dieu par une dévotion substantielle aux intérêts de la gloire de Dieu. De là un amour actif, pratique, avec son glorieux cortège de souffrances qui fait ressembler ses compagnons aux premiers disciples de Notre-Seigneur; de là aussi un esprit de prière qui fait recourir à l'Auteur de tout bien pour réaliser les desseins du zèle apostolique.

Nous n'insistons pas sur ce dernier caractère de l'oraison et de la dévotion dans la méditation de saint Ignace. On sait assez que la prière de pétition y précède et accompagne le travail de l'intelligence et de la volonté. « Meditationem præcedit et comitatur petitio, hoc est desiderium adjutorii » disait le P. Nadal [1]. Les colloques et prières ne doivent pas être réservés exclusivement pour la fin de la méditation, dit le Directoire (XV, 5). Et alors même que les demandes ne sont pas formulées explicitement, c'est avec esprit de prière que chacun prendra ses résolutions [2]. Malgré tout l'élan des dispositions de dévouement apostolique, on restera toujours dans les sentiments d'humilité et de révérence avec lesquels on a commencé sa méditation. Ecoutons encore le P. Nadal :

« In oratione vel etiam in actione quavis spirituali, cum duo concurrant : Deus in donis suis, ac nostræ

(1) *Epistolæ*, T. IV, p. 711.
(2) Suarez, *De virtute religionis*, T. II, Lib. I, c. 7, n. 12.

potentiæ, si quis ita agat, quasi vigeat ex solo sensu donorum, sentiebat quidam eum hominem molestum esse Deo, sed timorem ac tremorem, vel actu vel virtute esse adhibendum, ne sua voluntate cogi Deus videatur, etiam per dona sua, quæ proveniunt ex illius gratia; præterea ne arrogantia sit, quasi justi simus, et in quibus nihil videat Deus ipse corrigendum. Ad eum adeamus, in cujus conspectu ne angeli quidem mundi sunt, cum summa reverentia et timore. Num hoc est quod dicit Paulus : « Cum timore ac tremore salutem vestram operamini. » (Philip. II, 12) (1).

Ecoutons un autre disciple de saint Ignace exprimer un souhait qui concorde avec le précédent : c'est le Bienheureux Pierre Le Fèvre qui parlera : « Que le Seigneur me donne donc, ainsi qu'à tous ceux qui le servent, deux pieds, sur lesquels il faut s'appuyer quand on monte les degrés de cette échelle de la voie de Dieu, je veux dire la véritable crainte et le véritable amour. Jusqu'ici à la vérité, la crainte me semble avoir été le pied droit et l'amour le pied gauche. Maintenant je désire que l'amour soit le pied droit et le principal, et que la crainte ne soit que le pied gauche et le moins principal. Et plaise à Dieu que même maintenant je sois né et que je croisse en cela jusqu'à l'homme parfait » (2).

Dans cette croissance jusqu'à l'homme parfait, même jusqu'à l'apôtre parfait, les lumières de la contemplation seront souvent en fait, nous ne le nions pas, un moyen puissant dont Dieu sera heureux de gratifier les hommes apostoliques pour les aider à réaliser la plus noble des missions qui puisse être confiée à un être humain, celle

(1) *Epist.* P. Nadal, T. IV, p. 707.
(2) *Mémorial,* p. 248.

de coopérer avec Notre-Seigneur à la rédemption et au salut du genre humain. Dans la troisième partie de cette étude, nous chercherons quelle espèce de contemplation leur est parfois concédée, et quels effets elle doit produire.

Mais auparavant nous engageons nos lecteurs à lire le document *De modo orandi Societatis,* et nous leur répétons ce que nous avons déjà dit dans l'*Avant-propos,* que les vertus dont ils y liront la description, peuvent s'obtenir sans aucune lumière mystique : une foi vive surtout avec l'aide du raisonnement spirituel et le concours ordinaire des dons du Saint-Esprit peut la faire naître dans les cœurs généreux.

C. Les fruits pratiques que notre oraison doit surtout produire.

Quel sera le programme de vie des membres de la Compagnie qui ont fait oraison à l'école des Exercices et qui obéissent à la direction de nos Constitutions? et dans quel esprit leur action doit-elle s'exercer pour être vraiment féconde devant Dieu? — A cette question pratique nous a paru répondre d'une manière précise le manuscrit *De modo orandi Societatis,* que nous avons trouvé à la Bibliothèque de Bourgogne à Bruxelles (1), et que nous avons annoncé au début de cette étude. Cet opuscule est anonyme, n'est revêtu d'aucune approbation, et par conséquent n'a pas de caractère officiel. Nul doute cependant qu'il ne soit

(1) N° 2185-89 de l'ancien catalogue; n° 3967 du nouveau catalogue, T. VI. — Les notes que le lecteur trouvera au bas des pages du texte, sont de l'éditeur, et non de l'auteur, qui a négligé d'indiquer ses références, du moins d'une manière complète.

d'un auteur jésuite connaissant bien les Exercices de saint Ignace et son Institut. Malgré quelques négligences de forme, et des transcriptions assez peu soignées de quelques paragraphes des Lettres des Pères Généraux, il détermine avec précision le caractère généreusement pratique, et avec la grâce de Dieu, bien efficace de notre oraison apostolique. C'est ce qui nous a déterminé à le reproduire intégralement.

Quelques observations seront cependant utiles pour aider à le bien interpréter, et à en saisir toute la portée.

Première observation. Il s'agit ici d'une oraison puisée au plus profond des Exercices, et recevant sa spécification de notre vocation. Au risque de nous répéter, citons le P. Nadal qui caractérise cette oraison en quelques mots :

Orationem autem magnam esse religiosi instituti partem certum est, eamque inprimis necessariam, orationem eam dico, de qua Paulus « Orabo (inquit) spiritu, orabo et mente » (I Cor. XIV, 15) *quæ omnis complectatur spiritualis exercitii partes, purgativam, illuminativam atque unitivam. Diligenter igitur hæc et magna aviditate complectitur Societas in dulcedine spiritus in X° Jesu; nullum enim e suis non exercet primum illis meditationibus, quæ ad pœnitentiam attinent, veterisque hominis exspoliationem, dein contemplationibus omnium mysteriorum Christi, in quibus ad sensum viæ, veritatis ac vitæ aspirare desyderamus; demum in amore conquiescimus, ut unde proficisci debet oratio, in eo finem collocemus, in charitate, scilicet summa ac divina virtute, ut ex hac ejusque fervore ac zelo ad nostra ministeria egrediamur in hilaritate spiritus*

(1) *Epistolæ*, T. IV, p. 651.

atque humilitate cordis nostri ac suavitate fortiter in X° Jesu. Hæc ex libro exercitiorum nostrorum colligimus.

La doctrine que déjà le P. Nadal tirait du livre des Exercices pour la vie du jésuite, a été répétée par le P. La Palma et d'autres écrivains de la Compagnie. L'auteur de notre manuscrit se fait à son tour leur écho : il met en relief le même enseignement des Exercices; il en détermine l'application à notre vie à l'aide des lettres de nos anciens Pères Généraux.

Deuxième observation. Quels sont ceux auxquels s'adresse notre opuscule : *De modo orandi Societatis ?* Ce sont des hommes qui aiment cordialement Notre-Seigneur, et qui se servent au moins de leur jugement pour s'offrir à ce divin Roi : « *Qui habuerint judicium et rationem* » (1); bon nombre parmi eux obéissent aux impulsions d'une volonté très généreuse, et se sont offerts pour les plus grands travaux.

Ce sont des disciples qui, partant de la charité parfaite acquise déjà à un haut degré, veulent arriver à une charité très parfaite qui ne recule pas devant les choses difficiles (2).

Ce sont des religieux de vie apostolique animés d'un grand zèle pour la gloire de Dieu et le salut des âmes.

On comprend mieux dès lors ce qu'on attend de leurs travaux, quelles glorieuses victoires, à l'exemple de leurs vaillants aïeux, ils doivent remporter; quelles vertus ils doivent pratiquer, ou, pour employer une image militaire appropriée à des soldats du Roi Jésus, quelles armes ils doivent choisir. L'auteur du manuscrit, à

(1) Voir dans le livre des Exercices de saint Ignace le texte de la Contemplation dite du Règne.

(2) Cf. S. Thomas, III, D. XXIX, q. 1, art. 8.

l'exemple de saint Paul et de bien des écrivains ecclésiastiques, aime à qualifier du nom d'armes spirituelles les vertus des chrétiens et surtout des apôtres (1).

Troisième observation. Tout en choisissant ces armes spirituelles, et en les maniant avec dextérité et courage, nous ne devons pas oublier le principe fondamental établi plus haut (p. 30) : l'action vertueuse qui nous est demandée dans notre vocation sera précédée, accompagnée et suivie d'actes plus ou moins explicites, intenses et fréquents des vertus de foi, de révérence religieuse, de confiance en Dieu; cette action est enveloppée dans un esprit de prière qui se manifestera par des appels à la bonté de Dieu; des colloques s'établiront fréquemment avec le divin Chef qui nous guide, et aussi avec sa sainte Mère, la Vierge Marie; les prières les plus variées jailliront de notre cœur pendant que nos bras manieront les armes bénies qu'il a remises à la vaillance de ses compagnons et soldats.

(1) II Cor. VI, 7; X, 4. — Raban Maur, Pat. lat. de Migne, T. CXII, col. 864. — *Constitutiones Societatis Jesu,* Pars IV, c. VIII, n. 5. — Alvarez de Paz, *Opera,* éd. 1608, T. I, p. 1010.

De modo orandi Societatis

Pater Claudius [Aquaviva] in *Instructione pro formandis superioribus ad augendum et conservandum spiritum in Societate* (1), sub initium, cap. 3 : « Ex operibus ipsis, inquit, et imperfectionibus quotidianis facile apparet orationis internarumque rerum studium, haudquaquam tantum esse, quantum res ipsa postularet. »

Unde etiam Beatus Pater noster cavere omnino jubebat, ne spiritualium rerum frigescente fervore, humani atque inferiores affectus incalescerent.

Volebat ut intelligerent nostri ea media majorem habere efficaciam ad salutem animarum, quæ instrumentum magis cum suo authore conjungerent.

Volebat superiores Societatis in spiritualibus exercitatos esse, ut orationibus, et sanctis desideriis velut humeris totum collegium rectores, totam provinciam provinciales, totam societatem generalis sustineret.

Cum de professis agit et coadjutoribus formatis, ideo eis nullum orationis et meditationis tempus præfinit, quod tanquam certum ducat eos sic profecisse in spiritu ut plane sint homines spirituales, qui quantum corporis valetudo et externæ occupationes charitatis et obedientiæ permittunt, in via spiritus inoffenso pede currere possint.

Porro inter cetera adminicula quæ P. Claudius suggerit ad promovendum et augendum hoc sanctum orationis stu-

(1) *Institutum Societatis Jesu*, Florentiæ, 1893, T. III, p. 330.

dium, est ut superior vel certe Præfectus spiritus ab unoquoque exigat rationem quam orando teneat.

Inter visitandum Provincialis, dum excipit rationem conscientiæ, jubetur ab omnibus inquirere quem modum orando teneant.

Porro is modus alius non est, quam qui continetur in libello exercitiorum S. P. N.; unde Magister novitiorum, reg. 28 officii, monetur ut exercitia spiritualia novitiis exacte tradantur et assignatur ratio, ut inde certam ac nostro instituto consentaneam orandi rationem habeant quam in posterum servare debeant.

Præfectus spiritus, reg. sua 4, monetur det operam ut orandi et meditandi modos quos docuit P. Ignatius in libello exercitiorum omnes retineant, et ut illo libro familiarissime utantur.

Sacerdotibus, reg. sua 7, præcipitur ut exercitia spiritualia sibi familiaria reddant, ut possint etiam in illis alios erudire et dexteritatem ad usum in hoc spiritualium armorum genere tractando consequantur.

Ubi bene notat P. Claudius, ep. 1 *de Renovatione spiritus* sub finem, meditationes Societatis et reliqua spiritus exercitia juxta præscriptum libelli instituta vocari *arma spiritualia,* in quibus tractandis milites e Societate Jesu summam dexteritatem habere debeant.

Est enim vocatio nostra vere militia, et minima Societas nostra velut agmen validum et promptum Ecclesiæ militantis, ut ea vexillum crucis sequens, nomine augustissimo Jesu insignita, strenue depugnaret ad impietatem ex terris exterminandam.

Vocavit enim nos Christus dux noster ad societatem suam ad nobilissimos et gloriosissimos secum labores, expeditiones, pugnas et victorias, de severissimis tyrannis, amoris scilicet proprii et mundani, reportandas (inimici hominis, teste Scriptura, domestici ejus) : ad regnum, inquam, suum,

et nostrum quod per peccatum primi parentis sublatum erat et Christi meritis recuperatum, in nobis et proximis reipsa constituendum, stabiliendum et amplificandum; evulsis vitiis, passionibus domitis, et virtutibus insertis : quarum adminiculo fiat ut pars inferior, affectus naturales, sensus, facultates, et membra omnia rectæ rationi, obedientiæ, et consequenter, divinæ voluntati subjiciantur, atque ita Deus ipse, et non peccatum regnet in mortali corpore nostro, et regnum ejus intra nos sit, et stabiliatur juxta Scripturam.

In hunc finem B. P. N. instinctu Spiritus Sancti adinvenit exercitia spiritus vere militaria, potissimum quatuor scilicet, de regno Christi, de duobus vexillis, de tribus classibus pugnantium, de tribus gradibus humilitatis, seu celsitudinis perfectionis christianæ ; ut scilicet miles e Societate firmiter statuat Christum sequi ducem, in regni comtemplatione; ad castra et signa se conferens et instruens ad certamen, prius hostis sui machinamenta et fraudes, et ducis sui consilia cognoscat, in meditatione de duobus vexillis; deinde certus jam conferre manus, statuat locum suum tenere et ordinem servare, in quo disciplina militaris magna ex parte consistit, quo spectat exercitium de tribus classibus pugnantium; denique christianæ militiæ celsitudo, et generoso militi magna molienti, et ad magna aspiranti, ostendatur in meditatione de tribus gradibus humilitatis sive celsitudinis christianæ.

Hæc quatuor exercitia non solum ad spiritualem pugnam nos excitant et ad victoriam nostri, zelumque animarum accendendum mire conducunt; sed præter præsidia spiritualia quibus militem Societatis muniunt, etiam dilucide proponunt perfectionem Instituti nostri, vere militaris, ut dum iis animum excolimus, spiritum masculum, robustum et genuinum Societatis concipiamus, foveamus, et exerceamus ad imitationem Christi ducis.

Et hæc est ratio cur B. P. N. in omnibus considerationibus vitæ et passionis Christi (quæ sunt fere quotidianæ meditationes hominis Societatis) voluerit quatuor illa exercitia vel saltem aliquod istorum permisceri, cum triplici colloquio, pleno generosis illis et vere militaribus affectibus, ut patet ex ipso libello.

Itaque quotidiana oratio militis e Societate Jesu esse debet talis ut exercitium spiritus dici possit, et vere talis sit ut in ea velut palestra militari per exercitationem et pugnam spiritus noster roboretur et confirmetur, gloriamque victoriæ sibi pariat.

Qui enim sic meditatur ut nihil ulterius spectet, sed in sola persistat rei vel cognoscendæ vel impetrandæ cura, hic spiritu magis quiescit et otiatur, quam exercetur, laborat, et pugnat, et quidem in otiosa illa oratione voluntas interdum suavissimis motibus pertentatur, ut erumpant gemitus, suspiria, lachrymulæ eliciantur, sed nihil præter ea; itaque postquam dulcissimus ille devotionis sensus evanuit, videre est ejusmodi homines nihilominus æque impatientes, sui honoris, suorumque commodorum æque tenaces et semper iisdem tricis et difficultatibus implicitos vitiisque coopertos, ac maxime sui judicii tenaces, non sine specie pietatis.

Oratio vero militis e Societate Jesu juxta præscriptum quatuor supra dictorum exercitiorum libelli, longe est alia in qua scilicet acriter pugnat et constanter ad domandas passiones, ad habitus vitiosos animo penitus eradicandos, ad veterem hominem, quantum fieri potest, destruendum, et ad veras solidasque virtutes consequendas insistit, sicque idoneum Societatis instrumentum ad animas Christo lucrifaciendas evadet.

Siquidem experientia quotidiana satis notum est quam sit, etiam post deletum peccatum, miserabilis et infirma natura nostra; cum enim una cum gratia resideant in animo illi malorum igniculi ac fontes, amor sui, appetitiones

inordinatæ, propensiones ad deteriora, consuetudines pravæ, quasi altera natura, accedantque extrinsecus plurimæ ad peccandum illecebræ, occasiones, sollicitationes ; nisi in assidua unusquisque ac diligenti custodia consistat, continuoque pugnet, eriget se paulatim vetus homo ac fœdere juncto cum diabolo, mundo ac carne contra novum hominem, qui secundum Deum genitus est per gratiam, sed infirmum adhuc et debilem, adeo grave movebit bellum ut eum multis venialibus peccatis primo debilitatum, tandem uno aliquo mortifero extincturus sit : a quo periculo abesse qui vult, necesse est veterem hominem nunquam sinat quiescere, sed in dies magis magisque infringat ac conterat.

Suppositis ergo affectibus primæ hebdomadæ S. P. N. (qui sunt odium habituale peccati etiam venialis et vitiosarum inclinationum, satisfactio, timor et cautio cum vigilanti diligentia, opinio sui vilissima, suique contemptus), ut ad virtutes magis necessarias, et quæ multum usum et difficultatem habent in via spirituali, de quibus S. P. N. in secunda hebdomada, progrediamur; P. de Palma vocat affectus supra dictorum quatuor exercitiorum quatuor *passus perfectionis,* nos cum B. P. N. vocabimus *arma spiritualia.*

I.

Ergo *prima arma spiritualia* militis Societatis nostræ, in quotidiana meditatione comparanda ex primo illo exercitio in quo de rege vocante agitur, *sunt mortificatio passionum,* amoris præsertim proprii sensualis et mundani.

Ita enim, ibidem § 3, B. P. N. : « Judicandum, inquit, quod ii qui se obsequiis Christi ducis prorsus duxerint mancipandos, cujusmodi sunt homines Societatis, non seipsos tantum ad laborum tolerantiam, verum etiam majora et præclariora quædam munera oblaturi sunt, expugnata carnis, sensuum amorisque proprii et mundani rebellione. »

Porro studium hujusmodi mortificationis sancte receptum esse in Societate, vel inde patet, quod in principio ingressus in tyrocinium, statim in ipso examine admoneantur nostri mundo ac proprio amori mortuos soli Christo vivere debere ; et hanc abnegationem et continuam majoremque in rebus omnibus mortificationem, quoad fieri possit majore ac impensiori studio a nostris quærendam esse.

P. Claudius : « Studium, inquit, mortificationis in omnibus Constitutionibus ita usitatum ac frequens est, ut nihil aliud fere continere videantur.

» Illud, inquit, nobis certum ac persuasum esse debet Societatis institutum, modum gubernandi, occupationes ac ministeria non fundata esse in perfectione vulgari, sed exigere potius abnegationem veram, exspoliationemque affectus proprii cum ardenti studio solidarum ac perfectarum virtutum. » (Ita in epistola sua *de mediis ad conservandam Societatem*, § 2.)

« Cum enim, inquit P. Suarez, mortificatio sit mater virtutum omnium, quid mirum si in instituto Societatis præcipuum sibi quodammodo locum vindicet et B. Ignatius eam diuturnæ contemplationi quasi proponat, ut refertur libro 5 vitæ ejus (1), eumque qui interiorem mortificationem negligit pro legitimo filio Societatis non agnoscat. »

Unde S. P. N. in ultimis verbis secundæ hebdomadæ libelli exercitiorum : « Hoc unusquisque persuasum habeat tantum se in studiis spiritualibus promoturum esse, quantum ab amore suipsius et commodi proprii affectione sese abstraxerit. »

Hinc B. quidam P. ad novitios : « Commendo, inquit, ut ab initio collocetis pedes vestros in viis rectis. Cavete ne per ambages eatis, et post multorum annorum periodum

(1) Ribadeneira (P.). *Vita Ignatii Loiolæ*. Neapoli, 1572, lib. V, c. I, f. 173v.

minus vos cum Deo, quam cum primum incepistis, reperiatis, eo quod nimirum per amorem proprium et mundanum eum quæsieritis et per vias molliores quam æquum sit; in regione spiritus qui nutritur augetur melius studio mortificationis inter dura et aspera, inter abstinentias et pœnitentiæ opera, quam inter commoditates corporis et vanitatis splendorem; velle spiritualem esse et suis commoditatibus non carere, *non magis conveniunt quam lutum et ferrum in statua Nabuchodonosoris,* et ad veras solidasque virtutes aspirare, nec incommodi quidquam velle pati, est aquam cribro haurire. Sapientia enim divina est lilium inter spinas, nec habitat in terra molliter viventium. »

Hinc etiam superioribus Societatis solet commendari ut bene intelligant, et persuasum habeant profectum in spiritu nequaquam humano more expendendum esse; id est, non ex habitu imagineque dumtaxat exteriore, ex fronte, et vultu, sed ex animo et solido fructu mortificationis, factisque constantibus, neque item ex facilitate quadam ac benignitate naturæ, sed ex conatu cujusque et contentione, suique victoria.

P. Claudius, in epistola *de felici progressu Societatis* § 13 : « Nisi vigeat continuæ mortificationis studium, brevi fieret, inquit, ut existeret in Societate magna hominum copia, qui litteris quidem egregie instructi, prudentia præterea et rerum gerendarum dexteritate pollerent, sed certe nostro fini minus utiles, quod parum in passionum mortificatione et exercitatione virtutum solidique spiritus fundamentis profecissent. » Et paulo post : « Si adsit mortificationis exercitatio, abnegationis usus, honoris proprii totiusque veteris hominis abdicatio, tunc sperandum fore, ut omnis perfectio in Societate vigeat et floreat, atque etiam omnium animi perpetua quadam celestis consolationis dulcedine quæ certe in talibus studiis degustatur, quam maxime perfruantur. »

Cum enim per abnegàtionem sui et contemptum sæculi non accipiunt consolationem de temporalibus, æquum videtur ut habeant de celestibus : *renuit,* inquit psaltes regius, *consolari anima mea* in transitoriis, *memor fui Dei, et delectatus sum ;* mortificatio enim est pabulum divinæ consolationis, delicata enim est, nec datur admittentibus consolationem alienam ; denique sine mortificatione amoris sensualis et mundani proximis parum lucere et prodesse possumus, cum tamen B. P. N. in viis et adjumentis quibus salus animarum quæritur primum locum tribuat bono exemplo totius honestatis.

Itaque operarius Societatis tum ad sui nominis conservationem tum ad incitamentum aliorum advertat :

1° Ne ulla in actione præbeat indicium animi perturbati, aut alicujus immoderati motus, sed procuret ut in toto exteriore homine appareat concentus quidam, et modestia, compositioque quæ sit signum interioris hominis bene compositi et ordinati.

2° Nullo modo, nec dicto nec facto significet se nimis addictum esse commodis suis nec delicatum aut tenerum, nec, si quid desit, molestus aliis ac gravis sit : permagni refert operarium Societatis paucis contentum esse, non commoditatum, sed laborum appetentem ; hæc inter homines tenues nos reddunt minime onerosos, inter opulentos sobrietate spectabiles.

3° In consuetudine fugiat ab iis rebus quæ offendere et alienare aliorum animos solent, cujusmodi est significatio contemptus aliorum, sermo de rebus quæ afferunt ruborem audientibus, aliud præcipuum et eximium præ ceteris consectari, affectatio quavis in re. Contra vero nihil est quod æque conciliet homines atque submissio vera, omnes magni facere, et charitate ac simplicitate religiosa suos cuique honores liberalius potius quam parcius reddere.

4° Denique oculum sensualem claudat et aperiat spiritualem, nullam creaturam consideret velut pulchram, divitem,

nobilem, gratiosam, sed ad ejus animam se statim convertat, velut totam madidam, respersam ac purpuratam pretioso Christi sanguine, vel ejus membrum tam caro redemptum, etc; memineritque oculorum modestiam indicem esse vitæ totius; ubi oculus integer est, ibi et cor pudicum est.

II.

Secunda arma spiritualia, ex similitudine de vexillo Christi, sunt studium solidarum virtutum, evangelicæ paupertatis maxime et humilitatis : cum enim pravi motus, conatus, insidiæ et fraudes omnes dæmonis revocentur ad amorem rerum terrenarum, suique existimationem, sive superbiam, fontem malorum omnium (ut dicitur in altera parte similitudinis de vexillo Luciferi); et in istis hæc tria potissimum spectet inimicus noster : 1° ut mentem ac rectum finem depravet, 2° ne fiat bona electio, nec sequatur executio, 3° ut saltem constantiam et perseverantiam tollat :

Ita Christus, dux noster, ex opposito militem suum ut dæmonis fraudes omnes eradat, excitat ad studium sanctæ paupertatis, et humilitatem internam, idque : 1° ut pura mente finem quem oportet propositum habeat, 2° ut perfecte eligat et operetur, 3° ut constanter in bene cœptis perseveret.

Quod ad paupertatem attinet Societas in victu, vestitu, habitatione, cubiculo, supellectili, rationem servat ut pauperibus accommodatam, imo ex rebus omnibus vilissima exoptat, superfluum rescindit, necessaria admittit, convenientia ita moderatur ut paupertatis effectus experiatur, et mendicat quotiescumque præscribit obedientia, exemplo Christi ducis qui paupertatis pretium et splendorem consecrare voluit natalium vilitate, vitæ mendicitate et crucis ignominiosa nuditate.

In eo loco in quo vidimus eum mendicantem, Societas Jesu non alium quam Jesum sequi debet, egena egenum,

mendica mendicum; et si quid commodi necessitas exigit, ingemiscendum, non inhærendum, et ob oculos semper habendum : « *Curam carnis ne feceritis in desideriis* » (1).

Velle sibi nihil deesse in victu, vestitu, habitatione, abundantiæ est, non inopiæ; quo plura hic defuerint in rerum commodarum usu, eo pluribus in Christi felicitate circumflues.

Unde S. P. N. in *Exam.* cap. 4 § 26 : « Cum enim, inquit, qui primi in Societatem convenerunt, per hujusmodi indigentiam et penuriam majorem rerum corpori necessariarum probati fuerint, qui post eos accedent, curare debent, ut quoad poterunt, eo pertingant quo illi pervenerunt, vel ulterius etiam in Domino progrediantur. »

Siquidem vere humilis considerat se potius indignum pane quo vescitur, et erubescit, cum statum paupertatis profiteatur, vivere commodius quam plerique seculares familia et ære alieno oppressi; gratiasque Deo agit, de cujus manu agnoscit eleemosinas piorum hominum, et si quando defectus aliquis intervenerit, voluptate paupertatis deliciatur et dulcissimis ejus fructibus exultat, velut lenitiore bucella et veris animi deliciis, memor fellis et aceti quod Christo morienti solatii et refectionis loco oblatum est.

Humilis pauper Societatis in vestitus potissimum ratione mundum ejusque vanitatem pedibus conculcat ex amore Christi; fit enim, nescio quo modo, ut sicut calor corporis vestibus fovetur, ita amor divinus vestium modestia et vilitate incalescat, humilitasque conservetur et augeatur : quis vilibus superbit in pannis ?

Hinc B. Xaverio, B. Borgiæ et B. Aloysio adeo in deliciis fuere vestes detritæ, obsoletæ et multum refectæ. Certo optandum esset ut iterum ejusmodi mortificationes antiquorum PP. retinerentur, quia mirifice alunt humilitatis

(1) *Epist. B. Pauli ad Romanos*, XIII, 14.

spiritum et fervorem contemptus sui. Optandum item primarios Patres et seniores sic aliis præire exemplo, præcipue cum tam commoda sit paupertas nostra et tam luculenta superiorum prudentia et indulgentia, ut nihil admodum desit, abundent potius plurima, neque dedecori sit sed honori paupertatem professo et Christi ducis mendicitatem, uti veste detrita aut resarta.

Paupertas denique operariis Societatis maxime necessaria est, quia sustentat libertatem spiritus in ministeriis nostris ut proximis dicere possimus cum apostolo : « *Non quærimus vestra, sed vos* (1); » spes enim quidquam obtinendi ab aliis, prælatis præsertim et principibus, est linguæ vinculum ne veritas odium pariat.

Humiliationes vero Societatis hæ vel similes fere sunt præcipuæ :

Prima in omnibus velle regi voluntate alterius, et semper petere licentiam cum regula præscribit; superbus enim usurpat sibi nescio quam gravitatem ut non facile moveatur obedientiæ ductu.

Secunda æquo animo patienti ac grato ferre delationes, monitiones, reprehensiones, et pœnitentias, etiam ob defectum non culpabilem.

B. P. Borgias in sua epistola (2) : « Qui dolet, inquit, et conqueritur, si quando defectuum suorum commonefiat, argumento est certissimo eum non esse mortuum, sed plane adhuc vivere cupiditatibus honoris sui, oblitum ejus propositi quod initio suæ vocationis arripuerat.

» Quæ idcirco commemoro, inquit, quod audiam initio nascentis Societatis eximiam quandam humilitatem, sinceritatem, simplicitatem floruisse inter nostros, cum admonitiones

(1) Textus primitivus sic se habet : « Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. » II Corint., XII, 14.

(2) *De mediis conservandi spiritum Societatis et vocationis nostræ*, n. 11 et 12.

et correctiones non mœrorem adferrent, sed amorem cum grati animi memoria et significatione conjunctum. »

Et paulo post : « Quod si aut dolor aut perturbatio, aut etiam abalienatio, pro gratia succedat, in horum et quidem gravissimorum alterum necesse est incurramus, ut vel nullo nos monente, vel corrigente, vitia in nobis altiores agant radices; cum nemo sit qui ejusmodi ægro monitionis impatienti audeat adhibere medicinam; vel si adhibebitur, cum ea accipiatur stomacho indignabundo et amaro animo, facile impleatur tota domus felle, et amaritudine propter illos, qui ut minus perfecti neque admoneri volunt, neque corrigi. »

Tertia obedire alacriter, cuicumque gradui, loco, officio, vel occupationi quantumvis vili et humili appliceris.

Sunt enim nonnulli quorum superbia adscendit semper : qui hoc maxime cordi habent, ut ab officiis honoratis, promoveantur ad honoratiora, caventque studiose ne unquam videantur descendere.

Si concionatores fuerunt frequentissimis tantum in urbibus, templis, celeberrimisque locis, ad amplissimos ornatissimosque conventus, celebres maxime conciones admittunt, vulgares vero parvis in urbibus, templis, pagis, catechismosque ad pueros et rudes varie congestis excusationibus excutiunt, veramque obedientiæ detrectationem fucata apud superiores necessitate prætendunt; sed meminerint, inquit pater Mutius (1) : *Deum non irrideri, Deoque (ut hominem deludant) minime imponi.*

Pergit P. Mutius (2) : « Certe uberrimis dignissima lachrymis eorum esset cæcitas et infirmitas, qui quod nonnullo temporis spatio in loco munereque honoratiore versati sunt, jus sibi quæsitum esse aliquod opinarentur ; ex quo fieret ut jussi a superiore discedere et descendere, exige-

(1) In Epist. *De oratione aliisque virtutibus*, n. 10.
(2) *Ibid.*, n. 6.

rent facti rationem; absque suæ id ignominiæ nota peragi non posse contenderent; denique in ejusmodi locorum vicissitudinibus legitimum quasi judicium sibi constitui deposcerent. Jam isto maxime omnium in genere robur ego animi et firmitatem in superioribus optarem; cujus præsidio quam a S. Fundatore possessionem acceperunt, nostrique illis retinuere majores, in ea consisterent. » Ergo jure suo utantur superiores et justis de caussis jubeant subditum de honoratiore loco munereque descendere, atque ita præter mentem ipsius fiat : tum videas sæpe omnia impleri quærimoniis, de indiscreto et duriore modo gubernandi superiorum, de injuria sibi facta eo quod aliis junioribus, minusque idoneis ad talem cathedram munusve postponantur.

Porro ejusmodi subditi multis modis peccant:

1° Quia se faciunt judices suorum talentorum, atque ita invadunt jurisdictionem suorum superiorum.

2° Quia semper volunt iis impendi muniis quæ merentur quæve cum commendatione propriæ excellentiæ obire possunt : qui est error intolerabilis pariens confusionem in religione præsertim Societatis; oportet enim hæc duo principia tanquam certissima supponere : 1° Quod nemo debeat sibi arrogare censuras de suis talentis neque de officiis in quibus occupari possit vel debeat; 2° quod nemo debeat prætendere, ut iis occupetur muniis ad quæ idoneus est, sed in iis quæ Deus per superiorem ei volet imponere, quando et quamdiu ei visum, etsi ad alia majora ipse esset idoneus. Ut enim apud Ezechielem (Cap. I, vers. 19) : Animalia ista plena oculis modo elevabantur cum rotis, modo deprimebantur, prout spiritus agebat illa; ita in Societate alicui modo speciosa committuntur munia, modo vilia, ex directione Spiritus Sancti per superiores nostros : quamquam in domo Domini nullum sit vile munus, uti in domo regis, vasa quæ abjectissimis deputantur servitiis solent esse argentea. Deinde expedit quorumdam talenta ad

tempus abscondi, et lumina nimis lucentia constringi ne cito extinguantur; quod per suos vicarios facit Dominus. Atque uti ipse accendit candelam, ita ipsius est ponere supra candelabrum ut luceat omnibus, vel includere lanternæ in angulo aliquo repositæ.

Ergo juxta Dei voluntatem quisque laboret, quam ei superior ejus interpres indicare debet, idque eo promptius faciat, quo intelligit sibi plura a Deo talenta esse donata.

Quamquam enim princeps aliquis magnificus omnes domesticos suos pretiosis vestiat indumentis, non ideo tamen cupit eos vilioribus liberare officiis, sed eo reddere promptiores, ad quidvis pro se obeundum : quandoquidem expensas istas faciendo in suos famulos eosque honorando se ipsum honoret et magnificet, tam illustribus et tam splendidis famulis utendo. Unde sequitur eum graviter errare qui bono neglecto proprio studet splendori.

Hinc enim nascuntur contentiones et æmulationes cum jactura charitatis, contradictiones contra superiores, denique damna gravissima; cum officia committuntur, non tam merentibus quam ambientibus; et alii ægre adducantur, ut se subjiciant hominibus tam male mortificatis, vel ut officia admittant quæ vident ab indignis administrari.

Atque horum omnium causa est defensio proprii honoris quem quis putat se perditurum, si non fungatur munere honorifico cujus se putat esse capacem; verum si ex fructibus dignoscenda est arbor, certe non possunt tam amari fructus provenire nisi a pessima radice superbiæ.

Restat ergo ut unusquisque nostrum omnem honorem et excellentiam suam Deo [offerat] immolandum mactandumque cultro humilis obedientiæ, exemplo Christi ducis : jussus est humiliter nasci, in stabulo natus est; jussus est vitam pauperem agere, mendicavit; jussus est humilia docere et utilia, omissis subtilitatibus disputationum, totus fuit in parabolis, rebusque simplicibus et spiritualibus;

jussus est præbere se humilis patientiæ exemplar, sicut ovis aut agnus obmutuit; jussus est filius acerbe et ignominiose mori pro redimendo mancipio; per quot pavores, tristitias, tœdia, tribunalia, alapas, irrisiones, flagella, spinas, ignominiasque mortuus est in patibulo : cujus humilitati et exinanitioni, si nostra conferatur, erit superbiæ quam humilitati similior.

In ejus gratiam addit P. Mutius (1) : « Qui purpuram suæ divinitatis cilicio nostræ mortalitatis operiens, factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; ut nos discentes veræ humilitatis formam, castigemus corda nostra in obedientia charitatis. » Ut quam Deus humilibus promisit animæ requiem inveniamus, et pacem quæ exsuperat omnem sensum. Non est census super censum salutis corporis et non est oblectamentum super cordis gaudium *(Eccli. 30)*. Quia secura mens juge convivium *(Prov. 15)*. Vere humiles, juxta Isaiam, c. 32, consident in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciæ, et in requie opulenta. Talibus ob veram animi pacem et spiritualem lætitiam, jugum divinæ legis, et consiliorum evangelicæ perfectionis, sive regularum Instituti, omnino suave et jucundum redditur.

III.

Tertium armorum spiritualium genus ex tertia classe pugnantium contra affectus inordinatos est indifferentia, obsequium et alacritas, sub directione obedientiæ, et manifestatio sui, ex desiderio in omnibus divinam voluntatem certius sequendi, rejecta propria.

---

(1) *Epist. de Oratione,* n. 6.

Tres enim militum classes ex sensu S. P. N. ita distingui possunt, ut :

Prima sit eorum qui quamvis cupiant amorem sui expugnare, vitiis ejectis, passionibus sub imperium rationis redactis, nunquam tamen arma expediunt vel confligunt, sed cum gerenda res est, turpi fugæ se dant.

Secunda classis est eorum qui arma quidem assumunt, sed quæ sibi arrident; pugnant etiam, sed quo modo et tempore sibi magis placet. Et licet conentur, licet dura sustineant et magna sibi efficere videantur, tamen nihil proficiunt : non enim vera submovent impedimenta, quia negligunt suam infringere et ducis sequi voluntatem; in omnibus fere propriam sequuntur voluntatem, quæ tamen ob naturæ depravationem præceps est ad deteriora, segnis ad honesta, nuda, cæca, cruentata et conspurcata vitiis, ad cupiditates, sensuum oblectamenta et vanitatem fœde projecta, quæ denique seipsam semper quærit, et in omnibus pene sua persequitur commoda, amorem sui ceterasque perturbationes fovet ac nutrit.

Postrema classis et optima est eorum qui strenue contra amorem sui et mundanum decertant; sed ordine loco et armis a duce præfinitis : ii sunt qui cum absoluta animi æquabilitate et indifferentia Deo et superioribus velut Dei vicem gerentibus, divinæque voluntatis interpretibus, formandos se fingendosque permittunt; et ut plus lucis et roboris cœlitus accipiant ad divinum beneplacitum cognoscendum et sequendum, eis totam suam conscientiam patefaciunt, seque dociles ac flexiles in omnibus præbent.

Hæc tertia classis sola est perfecta et certa victoriæ, siquidem vir obediens narrabit victorias, effrenis scilicet voluntatis suæ et pertinacis judicii; et teste Gregorio : obedientia sola virtus est quæ virtutes cœteras quibus passiones moderamur menti inserit, insertasque custodit. Joannes Climachus apud Suarezium *de Societate,* libro 8°,

c. 9° : « Vidi illic viros quinquaginta fere annos in obedientiæ certamine egisse, a quibus cum addiscere orarem quam ex labore isto consolationem, quem profectum invenissent; alii quidem in abyssum humilitatis se jam pervenisse dicebant, per quam bellum omne semper excluderent et superarent. Alii sensum omnem laboris ac doloris in maledictis et contumeliis se perfecte amisisse dicebant. » Qua victoria nulla potest assignari gloriosior. Hinc veri obedientes cum pugnent et vincant et dominentur affectibus suis fere abundant consolationibus spiritualibus; de talibus enim dicit Dominus : *Vincenti dabo manna absconditum.*

Cum ergo obedientiæ virtus sit tam certæ, et tam multiplicis victoriæ, quid mirum si B. P. N. in militibus Societatis eam exigat in executione, voluntate, et intellectu, semper omni ex parte perfectam, sive ut ea sit ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus (his enim fere æquivalent illa verba S. P. N.); idque ut etiam proximum melius juvare possint, quia ad hanc spiritualem militiam contra mundum et contra dæmonem strenue peragendam, nulla virtus magis necessaria est quam obedientia : tum quia per illam specialiter moventur operarii evangelici, a Deo tanquam instrumenta ejus, quod in hac militia spirituali est maximi momenti : juxta illud : *quomodo prædicabunt nisi mittantur?* tum quia omnibus gentibus et nationibus, omnibus generibus et ordinibus hominum, ubique terrarum, quacumque via, quocumque tempore nostri opem ferre debent, multa et difficillima ministeria obeundo, et nisi in obedientia promptissimi et valde exercitati fuerint, revera tantum opus pro dignitate nunquam sustinere poterunt.

Itaque *primo* per indifferentiæ virtutem, animus ita afficitur ut paratus sit res omnes retinere vel relinquere, eo modo, eo tempore, iis conditionibus quibus Deo per superiores nos regenti quam maxime placeat, ut possit esse

liber ab omni affectu vel aversione inordinata, et plane ad omnia resignatus; ad hoc unum duntaxat propensus ut divinum beneplacitum sequatur, quodcumque demum illud esse cognoverit.

Relligiosus ad omnia indifferens totus et aptissime pendet a divina providentia, ab ea per superiores agi se omnino et duci flectique sinendo, et cum immoderatis cupiditatibus suique commodi cura integre sic et perfecte spolietur, anima nihil volens nisi ut divina fiat voluntas, sit veluti tabula rasa, et mollis cera, aptissima ad notas formasque cælestes ac Dei quoscumque motus excipiendos. Et cum nullo adstrictus vinculo privati studii, ad omnia liber volat ministeria, loca, tempora, velut aptissimum organum Spiritus Sancti fit omnibus omnia, ut omnes Christo lucrifaciat.

Secundo. Directionem sanctæ obedientiæ certissimam esse viam, ut in omnibus rebus cum divina voluntate consentiamus, ex Sacra Scriptura et fundatoribus aliorum ordinum, fuse docet S. P. N. in aurea epistola sua de obedientia : cum enim Deus nolit se solo homines in via spirituali gubernare, sed per alios homines, certum est superiores Dei loco esse, hisque Deum suam voluntatem indicare ut ejus apud subditos interpretes sint. Unde S. P. N. supra : « Quoniam, inquit, conscii vobismet estis, vos Dei amore jugum obedientiæ subiisse, ut in superioris voluntate sequenda, voluntatem divinam certius sequeremini, nolite dubitare, quin pergat fidelissima Domini charitas, eorum ministerio, quos vobis præfecit, vos deinceps gubernare, et rectis itineribus ducere. » P. Claudius epistola sua *de perfectione et charitate fraterna*, pag. 164 [1] : « Hoc consilio Societati nomen dedimus, ut divina voluntate nihil habeamus antiquius, et reipsa præs-

[1] Edit. Antverpiæ, 1635. *Epistolæ Præposit. generalium.* — P. 157, T. II, edit. Gandavi, 1847.

temus id, quod ex gravissima Constitutionum asseveratione, et ex primis tyrocinii nostri rudimentis, tanquam cum lacte nutricis exsugere visi sumus : nempe ut Dei voluntatem cujus interpretes superiores nostri sunt, nostram esse arbitremur. Qua in re frequens ac perennis exercitatio eximiam quandam vim habet efficiendi, ut et in dies majorem ex illa capiamus consolationem, et nescio quo sapore, admirabilique luce, quæ naturæ facultatem atque aciem exsuperat, perspicue dignoscamus hoc disciplinæ genus haustum decerptumque fuisse de cœlo. »

Quæ consolatio vel pax major quam obedientis? Scit se Deo servire, non sibi : non ipse sui redditurus rationem, sed superior. Si occurrant difficultates tutus ac fidens recurrit ad Deum, qui non jubet et deserit : et quia libenter ipse subjacet Deo in suo vicario, efficit etiam Deus, ut ejus caro et concupiscentia spiritui subjaceant : quando enim mens est bene subordinata Deo, caro fit infirma ad rebellandum menti seu rationi.

Contra vero quanta est desolatio et inquietudo inobedientis? Scit enim deviare se ab eo quod a se Deus exigit; in difficultatibus æstuat : nam qua fronte juvari ac audiri vult ab eo, quem ipse non audit? Torquetur intus, quia non probat quæ jubentur, et tamen ea facere cogitur invitus; judicat, murmurat, scandalizatur, in gehenna vivit et ad eam trahit alios. Perturbat superiores, nescientes quomodo illi satisfaciant, et sæpe murmurationum, aut querelarum metu coguntur superiores mutare, aut dissimulare quæ non oportet : ita ut regimen confundatur, et in uno crimine sint crimina; lapis unus qui male convenit cum aliis totam domum inclinat ad casum.

P. Ciccotti : « Nihil erit quod tantam homini voluptatem ac consolationem allaturum sit in hora mortis, quam nulla in re suam voluntatem secutum esse; sed in ministeriis et rebus omnibus, et parvis et magnis, Dei nutui paruisse

quem superiores illius interpretes significarunt; « non eum qui dicit mihi, Domine, Domine, ait Christus, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris etc. » Ille autem qui se sua sponte voluntate sua spoliavit, et aliis hominibus subjecit, ut certius Dei voluntatem sequeretur, cum id sibi conscius erit pro viribus fideliter præstitisse, non poterit non securo animo esse in morte : si quidem dicet Deo judici : « Quidquid egi, quidquid volui, Domine, tu jussisti. »

Tertio. Hinc etiam patet summi momenti esse conscientiam nostram moderatoribus penitus apertam esse, ut dum convenienter et apposite ad statum et indigentiam nostram, sua illi consilia et præcepta moderantur, certius et sine errore vel periculo divinam voluntatem in rebus omnibus sequamur, et utiliter in vinea Domini laboremus. Sic quidem operarii Societatis bono nomine et fama, quæ in vera et solida virtute consistit, agent apud proximos ut et ipsi majori cum fiducia et securitate conscientias suas iis aperiant, et nostri ministeria sua cum majori fructu et efficacia obeant.

Illud autem vix, aut nullo modo fieri poterit vel conservari si superior subditorum defectus ex ipsorum manifestatione plane non cognoscat : ut unum quemque applicet ad eam rem, cui sine suo detrimento et proximorum scandalo possit deservire ; et ut quem infirmum esse cognoverit, ad lucrandos alios non applicet, donec ipse curatus et lucratus sit.

IV.

Quartum armorum spiritualium genus : ex tribus gradibus humilitatis sive celsitudinis christianæ est, præter efficacem voluntatem et firmam peccati cujuslibet non tantum mortalis, sed quantumvis levissimi venialis fugiendi, amor crucis et insignium Christi : qui præ honore elegit igno-

miniam, præ commodis crucem, quam non tantum amavit et amplexus est ardenter; sed voluit cum ea configi trabalibus clavis, in ejusque amplexu emori.

Sanctus Ignatius noster, ut vicinius Christum ducem sequeretur: « Licet laus, inquit, Dei par foret, tamen eligam potius pauperiem, contemptum et insipientiæ titulum amplecti, quam opes, honores, et sapientiæ æstimationem !

» Inter milites Societatis Jesu qui procedunt in spiritu et serio Christum sequuntur, amant et ardenter exoptant eadem veste indui et insignibus Domini sui pro ipsius amore ac reverentia : adeo ut si sine offensione ulla divinæ majestatis et absque proximi peccato foret, vellent contumelias, falsa testimonia, et injurias pati et stulti haberi (nulla tamen ad id data occasione), eo quod exoptant assimilari, et imitari Jesum ducem, ejusque vestibus et insignibus indui. »

Additur n° 45, c^is^ 4^i^ Examinis, « quod si quis propter humanam infirmitatem hujusmodi tam salutaria et ad perfectionem animæ suæ, tam fructuosa et tam inflammata in Domino desideria in se non sentiret, saltem optet tam sancta desideria animo concipere, decernatque et paratus sit ejusmodi injurias, illusiones et opprobria in Christi insignibus inclusa, et alia quævis a quorumque illata, nulli malum pro malo, sed bonum pro malo reddendo, admittere, et patienter cum Dei gratia ferre. »

Hæc est perfectio legis evangelicæ, et instituti Societatis dogmata sancta et immaculata, rivuli limpidissimi de purissimo fonte, corde S^ti^ Patris N^i^, profluentes, vel potius Christi ducis nostri doctrina, quam sedulo apostoli observarunt : *Maledicimur,* inquiunt, *et benedicimus; persecutiones patimur, et sustinemus; blasphemamur et obsecramus; tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.* Item alibi apostoli flagellati ibant a conspectu consilii gaudentes,

quoniam digni habiti fuerant pro nomine Jesu contumeliam pati.

B. Borgia (in sua epistola § 14) : « Licet autem hæc Societatis nostræ vinea quæ *extendit palmites suos usque ad mare* (ps. 79, 12), jam protulerit et flores et frondes, nec racemi desint, hoc tamen expectatur, ut vinum copiosum fundat, cujus causa vinea omnis conseritur, idque ut fiat, uvas necesse est in torcular conjici et calcari, hoc forsan nobis, inquit, deest quod non gustemus, neque cum voluptatis sensu optemus calcari, premi, contemni, ut optatæ consolationis atque exultationis vinum proferamus, ut Christus clamet : *Torcular calcavi solus*. Quis militum Societatis Jesu calcari recusabit, cum viderit in torculari Christum ducem premi ? »

In tribus gradibus humilitatis insinuantur tres gradus vitæ spiritualis. Primus est incipientium, qui inchoatur cum prima gratia, et durat quamdiu aliquis non habet passiones ita saltem moderatas ut facile superet peccata mortalia, neque comparat facilitatem aliquam in exercenda virtute : sive quamdiu quasi continuo et acriter pugnatur cum vitiis et passionibus. Postquam autem passiones ad aliquam moderationem redactæ sunt, et jam facile vitantur peccata mortalia, et ad virtutes augendas per se attenditur, dicitur esse status proficientium, et durat quamdiu difficile vitantur venialia, quæ facile committuntur; quia temporalia sive res delectabiles et honorificæ multum adhuc delectant, et mens variis phantasmatibus et cor multis desideriis facile agitatur, quæ omnia exercitiis virtutum paulatim auferuntur; et ita hic status durat donec status perfectorum incipiat, quod ordinarie esse solet toto vel majori vitæ tempore.

Quisquis enim proficit in spiritu, ingens odium adversus peccata venialia quotidie concitet et augeat necesse est, quod præter injuriam Deo illatam et fædissimam labem

animæ inustam, tepefaciant fervorem charitatis, vires voluntatis infringant ad resistendum tentationibus, privent multiplici augmento meriti, gratiæ, gloriæ, et Spiritus Sancti luminibus, et motibus, sine quibus in nobis gratia vix quidquam operatur; denique ob remissionem disciplinæ interioris disponunt ad letalia.

« Nemo, inquit P. Claudius (in epistola (1) n. 2, § 20), ad excusandas excusationes in peccatis, audeat hic humanam fragilitatem nimium exaggerare; quid si non possint venialia omnia vitari, possunt plurima; et qui vigilat in iis præveniendis et occasionibus amputandis, et postquam ea admiserit, flendo et dolendo diluendis, et pervigil est in custodia cogitationum verborumque, in præcavenda diffusione cordis, ad quod frequenter redeat, in stipularum ejusmodi concrematione in flammis charitatis Christi, multa venialia procul dubio cavere poterit », « et in medio nationis pravæ puritatem suam conservabit, inquit P. Polancus, is qui vere est humilis, abnegatus, sibique subjectas habet passiones omnes, et linguam in potestate, juxta reg. 29 *Summ.*, quique cum B° P° N° frequenter discutit conscientiam suam, et per examen reflectit ad singula etiam minima, quæ quotidie experitur; dando operam, ut in dies circumspectior evadat. »

Perfectorum autem status incipit, quando, adminiculo solidarum virtutum (potissimum amoris crucis), animus a temporalibus ita est abstractus, itaque liber ab immoderatis cupiditatibus suique commodi cura, ut pacem habeat internam, et semper ac frequenter in Deum intentus et attentus est : perfectio enim vitæ hujus consistit in majori peccatorum venialium imminutione, et jugi ac frequenti Dei memoria affectuosa : juxta quatuor gradus quos S^us P. N. tradit unionis practicæ sive conjunctionis animæ operantis cum Deo præsente, simul et agente.

(1) *De renovatione spiritus.*

Cum enim videmus Deum in primo gradu dona sua et naturalia, et supernaturalia nobis elargientem, nos ei vicissim nostra omnia, et quæcumque a nobis dependent ex charitate offerimus.

Et cum in secundo gradu videmus eum nequaquam per alium, sed ipsummet præsentem dona sua nobis porrigentem, adeoque seipso addito cumulata; nos vicissim suavius et arctius ei adhærentes, nostra omnia veluti præsenti, præsentes exhibemus; et cum in tertio intuemur Deum nostri causa in rebus omnibus perpetuo occupatum et laborantem, nobisque in omnibus nostris actionibus et motibus assidue opem ferentem, intentissimum ad nostras necessitates, velut nutricium et famulum, nos vicissim tanto majori cum ardore quanto par est, operam laboresque nostros quales quales constantissime ad mortem usque cum eo communicamus, eique pro nobis laboranti reddimus.

Et cum in quarto gradu in rebus omnibus creatis Deum velut in speculo et adumbrata imagine contemplamur, cum illæ sint veluti quidam rivuli et radii ex divinitatis fonte manantes, nos per eos, quasi per gradus quosdam ascendimus ad ipsum, oceanum immensum, thesaurumque bonorum omnium, omnia nostra in Deum referentes, et intime adhærentes; ejusque conspectu quantum patitur hujus vitæ conditio facie ad faciem perfruimur.

Tantum abest ut actiones nostræ præsertim circa procurationem salutis animarum ad hunc modum obitæ, unionem cum Deo perfectissimam impediant, ut eam magnopere adjuvent : nam dum quis laborans in vinea Domini, Deum sibi semper præsentem intuetur, ejusque laboris socium, et quasi perpetuo collaborantem advertit; dum, inquam, simul dilecti sui præsentia, collocutione, et consuetudine fruitur, simul ejusdem, pro nobis quodam modo laborantis, causa laborat; certe vehementius inardescit, et unus cum eo

spiritus efficitur, per summam suæ voluntatis cum divina consensionem et fruitionem divinæ præsentiæ.

Quatuor illa armorum spiritualium genera militibus Societatis necessaria esse liquide constat ex tomo 2°, lib. 2. *Histor. Societatis,* parag. 50 et 51, ubi dicitur : « Homines mundo crucifixos, et quibus mundus ipse sit crucifixus, vitæ nostræ ratio nos esse postulat. Homines, inquam, novos, qui suis se affectibus exuerunt, ut Christum induerent; sibi mortuos ut justitiæ viverent; qui, ut S. Paulus ait, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, se Dei ministros exhibeant, et per arma justitiæ a dextris et a sinistris, per gloriam, et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, per prospera denique et adversa, magnis itineribus ad cælestem patriam et ipsi contendant, et alios etiam quacumque possunt ope, studioque compellant maximam Dei gloriam semper intuentes. Hæc est summa, hic scopus nostrarum Constitutionum. » Verus zelus qui per exempla plus operatur quam verba, solet animos ministrorum Societatis quos occupat, ita imbuere et complere sanctitate et solidis virtutibus, ut sine ullo eorum incommodo, ex ubertate et redundantia eorum, promanet ad omnes homines, si fieri possit, emendatio vitæ, et vera forma perfectionis christianæ : ut dum erga omnes patris spiritualis muneribus funguntur, ad vitam spiritualem progignendo, educando, vestiendo, ornandoque virtutibus, ad perfectum virtutum gradum evehendo, illi insignibus Christi induantur, suis cupiditatibus exutis, prout cujusque captus feret.

In his, inquam, omnibus veri zeli functionibus verbis efficax addant exemplum operis, plurimum faciens suadibile, id quod dicitur, dum monstrat factibile, quod suadetur.

Quomodo formabitur Christus in tenellis animis, juxta dictum Apostoli ad Gal, c. IV, 10, nisi ponatur illis exemplar ob oculos et ex visu concipiant, quemadmodum oves quas pascebat Jacob (Gen. 20), et operarii Societatis cum apostolo dicere possint : *Estote imitatores mei, sicut et ego Christi.*

Quam paucos reperire est, inquit pater Palma, qui hæc sancta proposita et decreta quatuor, dictis exercitiis contenta, in quotidiana sua meditatione concitent? cum tamen is orationis nostræ scopus sit et fructus, ut sublatis affectibus inordinatis, amore proprio sensuali et mundano valere jussis, unius divini beneplaciti, et imitationis Christi motivo nos, nostraque omnia dirigamus et quatuor supradictis passibus perfectionis in via spirituali progrediamur.

Certe dolendum, quod S. P. N. tam sanctam securamque nobis viam, tam propriam vocationis nostræ, per media tam efficacia nobis ostendat, et in eam quasi manu ducat; nos vero animo tam dejecto simus ut desperemus; aut tam languidi et tepidi, ut ad singulos passus fere resistamus; aut tam parum divinæ gloriæ intenti, ut quavis occasione creaturis adhærendo ab eo deflectamus; aut etiam tam rudes, ut finem ipsum ignoremus, cum tamen nobis incumbat, ut nos aliis duces ad perfectionem consequendam præbeamus. Si vero dicamus nos in quotidianis meditationibus spiritum solidis illis affectibus quatuor supradictorum exercitiorum excolere, petit P. Palma, unde ergo fiat multos post plures annos reperiri ita effusos adhuc in sensibus, in puncto honoris valde vivaces, suarum commoditatum ambientes, ita in recreationes et corporis commoda fœde propensos, querulos, ambitiosos, honorificentiorum locorum, functionum, cathedrarum cupidos : se suaque ex politica et humana lege, ac terrena sapientia gubernantes; quique omnem quietem suam ponant in superiorum erga

se benevolentia, et quibus ille solus arridet superior, qui non imperat, sed rogat; et ut roget prius eos consulit et petit : « Quid tibi vis faciam ? »

Si spiritum Societatis vere robustum, et Christi ducis conformem exercemus, prout oportet, ubi est desiderium patiendi dura et aspera, infamiam, injurias, ut velimus quasi stulti reputari, aut saltem quasi inhabiles ad officia eminentiora ? Ubi est amor vestis et insignium Christi ducis eorumque omnium quæ in se admisit, et suo contactu sanctificavit, ut omnibus præsertim sociis suis expetenda, amabilia redderet, et concupiscibilia totis viribus, atque ita suo nos exemplo ad sui imitationem provocaret ?

Quid haurit ex meditatione *de regno Christi,* qui cum bellum inferre deberet amori sensuali et mundano, pro eo acriter depugnat, et conqueritur de cibo et potu; et nomine mediocritatis, tuendæque valetudinis, non solum sumptuosiora quæ vix pauci sæculares opibus abundantes sibi adhibenda putant, instanter urget, sed insuper blandimenta alia ex aliis nectens, ita paulatim enervatur, ut in curando corpore iisque conquirendis, quæ sensui jucunda sunt et commoda, fere totus occupatur ?

Quid ex meditatione *de vexillo crucis Christi,* ubi, eminenter fulget et insigniter honoratur divina paupertas et humilitas, qui non nisi delectatiunculis terrenis et proprio splendori studet, amore sui ita excæcatus ut in solatium et præmium audeat petere quæ ex consideratione de vexillo Luciferi constat crassas et apertas esse tentationes, divinique obsequii promovendi certissima impedimenta, ut loquitur (annot. 9 ex 20) Sanctus Pater ?

Quid proficit ex meditatione *de tribus classibus,* qui propriam ubique sectatur voluntatem, quæ toties Deum suum ausa fuit offendere; eidem obsequendo, ac adblandiendo et nequaquam pro merito tractando, ut loquitur

P. Borgias [1], de cetero parum apertus, flexibilis, ductibilis et indifferens ad omnem Dei sive sanctæ obedientiæ voluntatem ?

Quid item haurit *ex primo gradu humilitatis,* qui nimis libere agit in materia paupertatis, et pronus est in detractiones et murmurationes contra superiores, in quibus facile est peccatum mortale, eoque periculosius quo minus inde conscientia onerari alicui fortasse videbitur, ut gravissimis verbis non semel asseverarunt P. Claudius et P. Mutius ?

Quid *ex secundo gradu humilitatis,* qui ex inordinata locutione, et conversatione minus religiosa innumeras contrahit maculas veniales, ut monet P. Claudius, quique per contemptum levissimarum culparum sensim ad graviores, et ad conscientiæ licentiam adducitur, ut jam in electione agendorum perpendat tantum, an hoc mortale sit necne, parum curans, an Deo plus minusve placeat, vel displiceat ?

Quid *ex tertio gradu humilitatis* qui, Christo pendente in cruce, quærit delicias ? ubi Dominus saturatur opprobriis, oneratur calumniis, injuriis afficitur, ipse servat, sectatur omnia contraria, vel cum mundo expetitur et laudatur, honoratur, amatur, et certe de his irrefragabiliter convincitur, quod et dominum non diligat, et ejus insignia non honoret, et dissimiliter vivat ?

Quid denique ex omnibus quatuor S^{i} P^{is} N^{i} exercitiis supra dictis emolumenti percipit is in quo ambitio et amor commoditatum sese invicem propugnant ; ita ut honor appetatur propter commoditates, et ubi commoda, extraordinariæ tractationes, recreationes et ambulationes negantur, honore contendit se lædi, quasi non habeatur ratio laboris sui; exaggerantur merita et magni æstimantur, contra consilium Christi Domini : *Dicite cum feceritis omnia, servi*

[1] Epist. *De mediis conservandi spiritum,* nº 13.

inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus, certe evidenter convincimur nos non orare juxta præscriptum libelli; et supra dictorum præsertim quatuor exercitiorum, quando in primis principiis ab illis discrepamus.

Jam vero quomodo alterum imbues iis exercitiis, quæ tum ipse ignoras? aut quomodo disces, si non exerceas, aut quomodo alteri persuadebis praxim dictorum exercitiorum, qui finem illorum non assequeris; aut quomodo dici poteris finem assecutus, qui eorum efficaciam in te vix unquam fueris expertus?

Experientia constat, nonnullos exercitia obiisse et aliis tradidisse sine fructu : cujus rei hæc fuit causa quod putarent dare exercitia, nihil esse aliud quam præscribere puncta meditationum, unde nihil aliud consecuti sunt, quam quod exercitantes aliquot dies fuerint inclusi, afflixerint se pœnitentiis, multasque horas in oratione posuerint; at non proposuerunt iis scopum ad quem solitudo illa, pœnitentiæ et meditationes erant dirigendæ; normam iis non præscripserunt secundum quam ædificium spirituale a fundamentis usque ad fastigium assurgere debeat; nec provectiones spirituales eis ostenderunt, sive supra dictos quatuor passus perfectionis, quibus in via spirituali a nobis nostrisque inordinatis affectibus exeundum sit : eos mortificando, ut deinde exercitatione virtutum ad Deum perveniamus : ejus voluntatem in omnibus explendo, atque ita habuerunt *corpus,* ut ita dicam, exercitiorum, sed non *animam,* vitam, et motionem spiritualem; habuerunt materiam ædificii, sed nihil exstruxerunt; ambulaverunt sed non sunt progressi neque pervenerunt ad finem; sic est : fuerunt inclusi, pœnitentiis se maceraverunt, multum oraverunt, sed non domuerunt passiones suas, non creverunt in virtutibus, idque defectu instructionis et lucis, pro se et aliis, quo factum fuit ut neque introitum invenirent neque exitum.

Hanc vero lucem qua dirigamur in mortificatione passionum et exercitatione virtutum ac via perfectionis prætulit nobis S. P. N. in hoc libello suo, potissimum in quatuor supra dictis exercitiis.

Hic est thesaurus in eo absconditus, hæc aurifodina, quam Societati commendavit, ut in ea strenue laborantes, totum ditarent orbem; hoc est auriferum illud solum unde Societas cælestes sibi et proximo thesauros eruit; ex hac officina tot inconfusibiles prodierunt operarii qui tam utiliter saluti animarum vacarunt; in hac schola formati sunt præclarissimi doctores et magistri religionis nostræ, qui tam verbo, et exemplo, quam libris scriptis mundum illustrarunt. Hæc est palestra in qua eruditi fuerunt ad prælium, qui usque ad profusionem etiam sanguinis sui cum hoste decertarunt; ex hac apoteca prudentes medici, suas cum pondere et mensura eruerunt medicinas, ad varios animorum morbos curandos; hæc est via per quam se fudit lux super terram; hi sunt canales per quos nobiscum aqua divinæ gratiæ communicatur; per hæc denique exercitia, præsertim quatuor supradicta, vidimus nostro tempore Societatem fundari, et extendi per totum terrarum orbem, omnibus persecutionibus atque tentationibus superiorem; tot progignentem filios, non sanctitate tantum, et puritate florentes, sed etiam discretione ac prudentia spirituali (ex usu potissimum regularum de discretione spiritum) eruditione tam humana quam divina, industria denique ac fortitudine ad quidvis pro majore Dei obsequio aggrediendum et perficiendum; quodque non minoris æstimandum est, excelluerunt in contemptu tam sui ipsorum, quam eorum quæ mundus amat, suspicit, et veneratur; tales demum extiterunt, et quotquot cum iis conversati sunt, eos pro selectis Dei ministris, in pretio habuerunt, a quibus lucem et directionem in omnibus suis necessitatibus spiritualibus magno suo

bono acceperunt : quare perniciosum esset cogitare thesaurum hunc humana industria Societati allatum esse, præsertim cum B. P. N. illo tempore quo illa scripsit, artium disciplinarumque omnium præter militarem, ac ipsius spiritualis vitæ rudis omnino esset; quare verisimile est hanc perfectionis viam, divino ductum lumine observasse et scripsisse, ac proinde momentis, non quibus humana, sed quibus divina examinantur, ponderari a nobis oportere, ut suum illis pondus tribuatur.

P. Ciccotti : « Certe Societas experitur quotidie, et in ipso initio experta est salutarem vim libelli exercitiorum, quæ loqui si posset, clara voce profiteretur ab hoc libello se genitam, auctam, et amplificatam : per illum se stare et florere, nec ab alio exspectare conservationem sui; nam vere ratiocinari si volumus, parens noster Ignatius quantumcumque tandem ad perfectionem adscenderit, totum se debet hisce sanctis exercitiis : quid enim in his aliud quam illa præcepta explicata sunt, illæ viæ et progressiones quibus ipse a Spiritu Sancto sensim evectus ad illud virtutis ac perfectionis culmen ? Qua alia deinde via Instituti ratio condita est, et scriptæ Constitutiones, quam per electionum præcepta ? Certe quemadmodum ex exercitio de regno Christi nata Societas est, et ex exercitio de duobus vexillis distincta, in gradus et officia, variaque ministeria ad salutem proximorum pertinentia, ita ex omnibus, præsertim supra dictis quatuor, Instituti perfectio desumpta est; qua deinde alia via duci Ignatio, socii illi primi, maximi et sanctissimi viri, quam salutaribus hisce exercitationibus adjuncti sunt ? Quid est quod nos omnes rudes, e sæculi cautibus abscissos, excipit, in tirocinio primo suaviter reformat et affabre conformat, nisi ars et manus divina per hunc libellum ? Et merito, velut supra dicebam, ipsi societas nostra, quidquid habet vel sanctitatis, vel firmitatis vel ornamenti relatura

sit acceptum, si loqui posset, ipsi parentem suum Ignatium, ipsi Xaverium illum admirabilem, ipsi reliquum primorum et sanctissimorum Patrum cœtum, ipsi rationem Instituti altissimam, ipsi regulas et constitutiones, ipsi denique se totam debet. »

Quare humiliter rogo RR. VV. per viscera Jesu Christi, per desiderium quod divina majestas habet spiritualis nostri profectus, per amorem quo religioni nostræ obligamur, per sollicitudinem et curam spiritus quo fundata est Societas conservandi, per zelum animarum quem Deus cordibus nostris ad ultimum finem nostrum consequendum impressit, per omnem quem S. P. N. velut duci et parenti amantissimo debemus affectum, reverentiam ac venerationem, denique per fidem qua charissimæ matri nostræ Societati obstricti sumus quæ tantis laboribus et vigiliis, tantaque charitate nos genuit, lactavit et educavit in Christo, ut ad quam initio perfectionem vocati sumus, ad eam jam acquirendam omni ope desudemus. Justum enim est ut quem a suis fructum Societas post tot labores, et sumptus nostrorum causa impensos, totque adjumenta tum in purgando affectu, tum in recolendo intellectu exhibita, jure suo exigit et exspectat; eum nunc tandem aliquando reddamus : ut, inquam, omnibus difficultatibus generose superatis, hunc ejus aureum libellum et potissimum quatuor supradicta exercitia (quæ genuinum continent spiritum Societatis) bene intelligamus, et quam fieri poterit frequentissime solidis illis affectibus animum excolamus. Eorum enim scientia solo studio, et speculatione non consequemur, si re ipsa et frequenti exercitatione, eorum vim et efficaciam in nobis non experiamur; neque experiemur nisi magno perfectionis desiderio ad ea constanter nos disponamus; aliquod saltem eorum quatuor exercitiorum quotidianis meditationibus de vita et passione Christi permiscendo, ut monet B. P. N.

Timeamus quod evenire solet, ne desideria nostra et nobis ipsis, amorique proprio et mundano bellum inferendi metus et tepiditas nobis oculos claudant, et sensim obducant ab hisce sanctis exercitationibus, quæ ad spiritualem pugnam nos excitant, et ad victoriam nostri zelumque animarum accendendum mirifice conducunt.

Deinde ne, eorum efficaciam in nobis non percipientes, nobis persuadeamus nihil iis inesse boni singularis sicque ad tepidas aliquas meditationes, ad lenta et flaccida exercitia, quæ infirmi propria sunt, sensim reducamur, eaque sine ullo sensu et diversorum spirituum impulsu, ac denique verbo tenus ac specie tenus sine ullo fructu obeamus.

Contra vidimus iis qui generosis illis exercitiis, præsertim de tribus classibus et gradibus humilitatis se ipsos excolunt, frequenter magnas accedere commotiones variorum spirituum, sed cum insigni simul victoria suipsorum conjunctas, quæ longe omnibus aliis antecellit, dum vel ipsa reclamante ac repugnante natura, sibi ipsis præfiniunt et imperant quæ divinæ voluntati consentanea esse arbitrantur.

Certe cum arma spiritualia Societatis nostræ sint, ut jam intellexistis, humilitas, contemptus rerum omnium quæ mundus amat, abdicatio terrenorum, carnis diligens edomatio, amoris proprii, dignitatis, atque existimationis horror et fuga, et quæ vocabula in Exercitiis et Constitutionibus nostris sancte recepta sunt, resignatio et indifferentia perfectæ obedientiæ medulla, armis iis qui destituuntur, quid mirum si cum pugnandi sese offerat occasio, velut inermes variis tentationum periculis exponantur : iisdemque non raro succumbant, præsertim cum simul et spiritu Societatis destituti sunt, et gratia vocationis, quæ iis dumtaxat qui per exercitationes proprias, et viam instituti progrediuntur concedi solet.

Addit Directorium, (et finio,) « quod cum humilitate cognoscere possumus, et certe debemus : hoc totum quod-

cumque est, nempe peculiarem hanc instructionem, ac modum meditandi, et peculiaria hæc documenta, tam utilia, tamque solida, esse præclarum quoddam donum ac munus a Deo Societati nostræ datum. Quare cum id Deus nobis donavit, et ideo donavit ut uteremur, non est dubium, quin hoc omnes excitare debeat ut avidius et constantius utamur, nec talem thesaurum absconditum, et quasi defossum inutiliter teneamus. » (Dir., Proœm., n. 9.)

III.

L'oraison contemplative dans notre vie apostolique.

Le P. Jérôme Nadal, après avoir montré à quelle hauteur de contemplation saint Ignace s'était élevé avec l'aide de la grâce, déclare que Dieu, par un privilège spécial, offre aussi aux enfants de la Compagnie, faveur semblable; voici ses paroles :

« Patrem Ignatium scimus singularem gratiam accepisse a Deo ut in contemplatione S^mæ^ Trinitatis exerceretur libere ac conquiesceret :... hanc rationem orationis concepit Pater Ignatius, magno privilegio, selectissime ; tum illud præterea in omnibus rebus, actionibus, colloquiis, ut Dei præsentiam rerumque spiritualium affectum sentiret atque contemplaretur, simul in actione contemplativus (quod ita solebat explicare : Deum esse in omnibus rebus inveniendum); hanc vero gratiam ac lucem animæ suæ, quodam quasi splendore vultus, claritate ac certitudine actionum suarum in X° explicari vidimus, magna nostra omnium admiratione, et magna cordis nostri consolatione, et quasi derivatum in nos nescio quid illius gratiæ sensimus. Quod igitur privilegium Patri Ignatio factum intelligimus, idem toti Societati concessum esse credimus, et gratiam orationis illius et contemplationis in Societate omnibus nobis

(1) *Monumenta historica Societatis Jesu. Epistolæ P. Nadal,* T. IV, p. 651.

paratum esse confidimus, eamque cum vocatione nostra conjunctam esse confitemur... »

Ainsi le P. Nadal était persuadé que tout jésuite est appellé d'une manière plus ou moins prochaine à une contemplation élevée. Cette conviction se fait jour en plusieurs de ses lettres et instructions, et en particulier dans sa longue note publiée dans le 4e vol. de ses *Epistolæ* (1), sous le titre : *De la Oration specialmente para los de la Compagnia,* (de l'Oraison pour ceux de la Compagnie). Il admet pour eux deux modes d'oraison : le premier celui de l'humble et simple méditation des créatures naturelles, ou surnaturelles, comme l'incarnation de Notre-Seigneur, son humanité sainte, les sacrements, etc., et un autre dans lequel la grâce prévient nos efforts par des lumières et des attraits non ordinaires; de là dans la Compagnie divers degrés de contemplatifs auxquels il donne des conseils pratiques; selon lui, on en trouvera même parmi eux qui, tout comme St Jean de la Croix, chercheront Dieu dans la négation de tout le créé et de toute image, entreront dans la nuit de l'intelligence, et adoreront Dieu dans les ténèbres de la foi obscure. Mais en tout cela, ils devront se guider par les Exercices par lesquels saint Ignace s'est élevé à la plus haute contemplation (2). Surtout la contemplation sous quelque forme qu'elle leur soit accordée, doit leur faciliter le travail apostolique de leurs ministères.

Il faut donc, et c'est là une règle souveraine, que la contemplation des membres de la Compagnie ressemble

(1) T. IV, fascicule 5, p. 672.

(2) « Muy specialmente se ha de tener devocion en los exercicios y en guiarse por ellos; porque por aquel principio ha venido el P. Mrs. Ignacio à tan alta contemplacion y oracion, y a hazer Dios por el dan grandes effectos. » Ibid., p. 681.

ALMA COLLEGE LIBRARY

1907

7. **Les règles du pur Catholicisme selon saint Ignace de Loyola.** M. Meschler, S. J. 38 pp. 0.75
8. **Peut-on employer les projections lumineuses dans les retraites?** G. Le Bail. 38 pp. 0.75
9. **La Méditation fondamentale avant saint Ignace.** (Essai historique et critique.) H. Watrigant. 148 pp. . . . 2.50
10. **Saint Alphonse de Liguori et les retraites fermées.** R. P. Walter, C. SS. R. 51 pp. 1 »
11. **La Retraite de Vennes.** V. Huby (1678). 50 pp. . . . . 1 »
12. **Bibliographie des récentes publications sur les Exercices spirituels et les retraites.** H. Watrigant. 43 pp. . 0.80

1908

13-14. **La Vén. Catherine de Francheville, initiatrice des Retraites de femmes,** d'après le P. Pierre Champion, S. J. P. Debuchy. 152 pp. 2.50
15. **Breve directorium ad danda utiliter Exercitia spiritualia,** d'après un manuscrit ancien inédit. 24 pp. 0.50
16. **Retraites de sourds-muets.** H. Jeanvoine. 30 pp. . . . 0.60
17. **Ponterotto, maison de retraites pour les hommes à Rome.** Mgr R. Schüller. 55 pp. 1 »
18. **Les corrections manuscrites des Exercices de saint Ignace.** A. Boone, S. J. 30 pp. 0.60

1909

19. **Les Exercices spirituels et la Civilisation moderne.** L. Taparelli, S. J. 51 pp. . . . 1 »
20. **Mgr d'Hulst et les Exercices de saint Ignace.** M.-F. Gibert. 42 pp. 0.80
21. **Une zélatrice des retraites, Maria-Antonia de San José.** J.-B. Couderc. 83 pp. . . . 1.60
22. **Directoire pour servir à l'organisation des Retraites de départ.** L. Farsy. 75 pp. . 1.40
23. **De examine conscientiæ juxta Ecclesiæ PP., S. Thomam et FF. Vitæ communis.** H. Watrigant, 56 pp. . . . . 1 »
24. **Bibliographie 1908-1909.** H. Watrigant. 48 pp. . . 0.80

1910

25. **La pratique des Exercices spirituels dans l'ancienne Mission du Maduré.** L. Besse, S. J. 45 pp. 0.80
26. **Sacra Tempe seu de sacro Exercitiorum secessu Exempla collecta.** P. Manrique. 72 pp. 1.40
27. **Les Retraites à Madagascar-Central.** C. du Coëtlosquet. 84 pp. 1.60
28. **Une Maison de retraites fermées à Nancy au XVIIIe siècle.** E. Bocquillion, 95 pp. 1.80
29-30. **Les Annotations des Exercices de S. Ignace.** P. Wamy, S. J. 80 pp. 1.60

1911

31. **La Retraite de Quimper et Victoire de Saint-Luc.** P. Debuchy. 96 pp. 1.80
32. **S. Charles Borromée et les Exercices de S. Ignace.** Mgr A. Ratti. 42 pp. . . . 0.80
33. **Le P. Huby aux Indes ou le Miroir de l'âme chez les Protestants.** H. Hosten, S. J. 45 pp. 0.80
34. **Explication inédite des Règles d'Orthodoxie.** C. Judde. S. J. 30 pp. 0.60
35. **Duo antiqua Exercitiorum directoria.** Hoffæus et Ceccotti, S. J. 50 pp. . . . . 1 »
36. **Bibliographie 1910-1911.** H. Watrigant. 43 pp. . . 0.80

1912

37-38. **Bellarmin et les Exercices spirituels.** X. Le Bachelet. 152 pp. 2.50
39-40-41. **Les Exercices spirituels à la naissance des Séminaires.** H. Watrigant. 132 pp. . 2.25
42. **Contemplatio ad Amorem spiritualem.** Méditations inédites. 48 pp. 0.80

1913

43. **Quel est l'auteur de l' « Anima Christi »?** 56 pp. . . . 1 »
44. **Vie de Sœur Marie Bonaventura.** N. Lancicius, S. J. 58 pp. 1 »
45-46-47. **Des méthodes d'oraison dans notre vie apostolique.** H. Watrigant. (*Sous presse.*)



P. LETHIELLEUX, Éditeur, 10, rue Cassette, PARIS (6e).

Collection des Retraites spirituelles

S. Ignatii de Loyola Exercitiorum Spiritualium editio princeps qualis in lucem prodiit Romæ MDXLVIII. Beau volume in-16 jésus sur papier vergé . . . . . **5 »**

Reproduction phototypique de la première édition des Exercices, faite à Rome en 1548 sous les yeux de saint Ignace.

Exercices spirituels de S. Ignace de Loyola, traduits sur l'Autographe espagnol, par le P. P. DEBUCHY. In-16 raisin de 231 pp. **2.50**

Ouvrage destiné à l'étude comparative de l'original et du texte latin. Pour servir parallèlement avec l'ouvrage précédent.

Francisci Suarez, S. J., de Spiritualibus Exercitiis sancti Ignatii Tractatus novis curis P. P. DEBUCHY **iterum in lucem prodit.** In-18 de 136 pp. **1.50**

Indispensable *commentaire* de Suarez qu'on devait jusqu'ici aller chercher dans la masse des in-folios et qui sera désormais *ad manum*, comme il le mérite par sa solidité et par son ancienneté.

La Conduite des Exercices spirituels de saint Ignace dans leur application aux retraites ordinaires, par le P. Pierre COTEL, de la Compagnie de Jésus. In-18 de 188 pp. . . . . **2 »**

Directoire plus moderne et plus simple, qui permettra une initiation facile aux débutants de la retraite.

Retraite à des enfants de Marie, par le P. ROLLIN, *de la Compagnie de Jésus.* In-12 de 255 pp. . . **2 »**

Tirée à peu d'exemplaires non mis dans le commerce, cette retraite, qui fut prêchée à la Visitation de Dijon, était devenue introuvable.

Exercices du Chemin de la Croix pour les huit jours d'une retraite, par le P. MALOU, *de la Compagnie de Jésus.* In-18 de 323 pp. . . . . **1 »**

Retraite sur les qualités et devoirs du chrétien, par le P. J.-N. GROU, S. J. In-18 de 241 pp. . . **2 »**

Reproduction conforme au manuscrit inédit.

Les quinze étapes des Exercices de saint Ignace, par le P. E. BECKER, S. J. In-18 de 214 pp. . . . **2 »**

Pensées pour le temps de la retraite, par le P. Joseph RICKABY (Traduit de l'anglais par M. JARY). In-18 de 300 pp. **2.50**